

SECTIO III.

DE

SVBSCRIPTIONE

ET

SIGNATVRA FORMVLAE.

§. 106.

Specialior pertractatio de subscriptione et signatura. **M**ulta iam, tum de subscriptione, tum de signatura, in antecedentibus dicta sunt, neque ea hic repetere mihi animus est, sed potius specialiolem pertractationem de subscriptione et signatura aggredior, ea, quae circa eas sunt notanda, comprehendentem.

§. 107.

Subscriptionio est tantum determinatio formae medicinali absoluti. Subscriptionio in formula absoluta est tantum determinatio modi, medicamentum praeparandi §. 22. Iam modus medicamentum praeparandi absoluit formam medicinali absoluti §. 13. Ergo subscriptionio in formula absoluta est tantum determinatio formae medicinali absoluti.

§. 108.

Subscriptionio in formula relatiua est determinatio modi, medicamentum non solum praeparandi, sed illud etiam applicandi §. 23. Iam modus, medicamentum non solum praeparandi, sed illud etiam applicandi, constituit formam medicinali relatiui §. 13. Ergo subscriptionio in formula relatiua est determinatio formae medicinali relatiui.

§. 109.

§. 109.

Haec, quae demonstraui §. 107. 108, va- Corolla-
lent tam de formula simplici, quam compo- rium.
sita, si sunt vel absolutae, vel relatiuae.

§. 110.

Cum subscriptio in formula absoluta sit
determinatio modi; medicamentum praepa-
randi §. 22, et medicamentum certo modo, p-
quicunque sit, praeparari nequeat, nisi cer-
tis operationibus, subscriptio in formula ab-
soluta determinare debet operationes circa
modum praeparandi occurrentes.

§. III.

Si formula absoluta est composita, siue
constat ex pluribus ingredientibus tantum per
miscendis, hoc indicatur per M. quod significat
Misce, dein subscribitur plerumque F. quod
significat: Fiat, addito formulae nomine, v.
g. Pulvis, Bolus, Pilulae, etc. Si vero for-
mula est simplex, siue, quod idem est, ex
vno constat ingrediente, omittitur M. quod
significat mixtionem suscipiendam, quoniam
non adsunt ingredientia commiscenda. Si ta-
men praeter miscelam alia insuper desideratur
operatio, v.g. conscissio, tusio, digestio, co-
ctio, solutio, etc. haec quoque est designanda,
et vel ante, vel post M ponenda, prout mi-
scelam vel praecedere, vel sequi debet. Re-
ceptaculi etiam, cui indendum est medica-
mentum, mentio nonnunquam fit, neque mi-
nus obturamenti, si id facile auolantia, aut
aëre

Subscri-
ptio in
formula
absoluta
debet
determi-
nare
opera-
tiones
praepa-
rationis.

De
signis
subscri-
ptionis
in for-
mula.

aëre liquefcentia ingrediuntur. Illud exprimitur sic: D. ad vitrum, pyxidem etc. quod significat: detur etc.

§. 112.

Quae-
nam in
modo
appli-
candi
praeci-
pue sunt
deter-
minan-
da.

In modo applicandi medicamentum varia determinari possunt, inprimis autem ad ea, quae sequuntur, est respiciendum. Nimirum 1) ad eam quantitatem, quae vna vice sumitur, siue ad dosin, 2) ad tempus, quo est applicandum, 3) ad vehiculum, 4) ad regimen, ante, sub et post remedii applicationem obseruandum, 5) ad partem, cui est applicandum, 6) ad instrumentum, cum quo est applicandum.

§. 113.

Quid in
subscri-
ptione
formu-
lae rela-
tiuae sit
deter-
minan-
dum.

Subscriptio in formula relatiua determinat modum applicandi medicamentum §. 22. Iam in modo applicandi medicamentum varia occurrunt, quae determinari possunt, inprimis vero determinanda sunt 1) dosis medicamenti applicandi, 2) tempus, quo est applicandum, 3) vehiculum, quocum est sumendum, 4) regimen, ante, sub et post applicationem medicamenti obseruandum, 5) pars, cui est applicandum, 6) instrumentum, cum quo est applicandum §. 112. Ergo subscriptio in formula relatiua ea, quae modo dixi, determinare debet.

§. 114.

Scho-
lion.

In subscriptione formulae relatiuae non in genere determinari potest modus applicandi medi-

medicamentum vna cum iis, quae in isto occurrunt, in casu singulari, quoniam ille pro circumstantiarum in eo accedentium, quae variae et infinitae sunt, ratione admodum variat. Sic saepius necesse est, vt subscriptio in formula relationalia designet vehiculum, cum contra in alio casu vehiculi determinatione non opus sit

§. 115.

Si medicamentum compositum in suas De diu-
doses est diuidendum, interdum expedit, sione
Pharmacopoeum sedulo monere, vt doses medica-
singulas exactissime faciat aequales. Saepe menti in
enim, vt tempori et operae parcat, ad ocu- suas do-
lum tantum partitionem instituit.

§. 116.

Multi Medici, nescio, qua ridicula opi- De de-
nitione capti, in determinando medicamenti termina-
vfu, de tempore eligendo nimis sunt solliciti, tione
ita, vt signa coelestia siderumque constella- -vfu
tiones consulant, illudque ex his determinent, medica-
menti
sed quis non videt, eiusmodi homines super respectu
stitione esse captos. Meus interea, dum has tempo-
ris.
scrupulosas temporum determinaciones, ex
astrologicis obseruationibus extortas, reiicio,
animus eo non redit, vt in determinando vfu
medicamenti nullam plane temporis habendam
esse rationem putem. Haudquaquam, sed po-
tius affirmo, tale tempus esse ad vsum medica-
menti eligendum, quod prae aliis maxime
aptum est et accommodatum, vt medicamen-
tum effectum suum sanitati proficuum optime
exte-

exferere possit. Saepissime in praxi occurrunt casus, in quibus maxime ad hanc regulam est attendendum. Sic plerumque matutino tempore, quo ventriculus vacuus est, dantur vomitoria, purgantia, laxantia, sudorifera, etc. et in febribus intermittentibus tempus ante vel post paroxysmum eligitur, quo medicamenta, horum morborum curationi accommodata, applicare iubet Medicus.

§. 117.

De vehiculo.

Si vehiculo opus est, Medicus tale eligere debet, 1) quod medicamento adhibendi virtutem neque destruit, neque imminuit; quod enim si non faceret, finem, quem medicamento intendit, vel plane non assequeretur, vel saltem non tantum, quantum desiderat; 2) vehiculum medicamento ipso adhibendo non debet esse ingratus, ne maiorem, quam hoc, molestiam creet aegro; 3) aegro nec noxium, nec ingratum, sed potius 4) morbi indoli aëgrique conditionibus accommodatum sit necesse est. Ex his, in primis ex numero secundo patet, cur loco vehiculi gratiora, vel saltem consueta vsurpentur, vt vinum, cereuisia, iuscula, infusum Théé, Coffée, prunum maceratum, iulapia, aqua, vel simplex, vel destillata, et similia. Notandum tamen est, in genere determinari non posse, quodnam vehiculum in casu quovis singulari conveniat. Hic etenim est omnimode determinatus, adeoque infinitae eaeque variae

variae in eo occurrunt circumstantiae, pro quarum diuersitate hoc vel illud est adhibendum vehiculum.

§. 118.

Regimen ante, sub et post remedii applicationem vt determinetur, saepissime abso-
lute est necessarium, quoniam medicamenti actionem pro sua indole mutare, et vel augere, vel minuere, vel plane destruere potest. Quodnam vero regimen in casu quouis singulari conducat, in genere determinari nequit, sed hoc a diuersitate circumstantiarum in casu singulari occurrentium dependet. Facile interea patet, easdem, quas de vehiculo dedi §. 117, circa regimen itidem esse obseruandas, ita, vt 1) medicamenti actionem neque imminuat, neque destruat, 2) aegro neque ingratum, si sine ipsius noxa fieri potest, sit, neque 3) ipsi noceat, sed 4) potius ipsi eiusque conditionibus sit accommodatum.

§. 119.

Quid signatura sit, quod illa doceat modum applicandi medicamentum, formamque medicamenti relatiui, et pertineat ad formulam relatiuam, iam demonstratum fuit §. 27. 28. 29. 30. Nunc specialiozem eius pertractationem aggredior.

(Pars I. de form. in gen.) E §. 120.

§. 120.

De ex-
pressio-
ne signa-
turae.

Si signatura in formula est exprimenda, a Medicis receptum est, vt illa indigitetur per S, quod significat: *Signetur*, atque hoc S post subscriptionem ponitur. Apud nos exprimitur illa idiomate vernaculo, et solet a pharmacopoeo chartulae inscribi, illaque medicamento receptaculo affigi.

§. 121.

Quomo-
do plura
familia
medica-
menta a
se sint
discer-
nenda.

Si plura similis formae remedia eidem aegro. simul sint exhibenda, singulas per litteras maiusculas A, B, C, etc. vel numeros 1. 2. 3 etc. in fronte vel margine cuiuslibet formulae positos, a se mutuo discerni, haeque ipsae notae dein cuius signaturae post litteram S adscribi solent. e. g. S. lit. A, vel No. 1. Hoc verò plane non est necessarium, si vnum tantum, vel plura, facile a se inuicem distinguenda medicamenta praescribuntur.

§. 122.

Quando
signatu-
ra titu-
lum me-
dica-
menti
docere
debeat.

In signatura plerumque medicamento titulus, ex forma et virtute eius compositus, designari solet; id quod tunc inprimis est necessarium, si applicanti medicamentum nomen eius, siue titulus scitu est necessarius. Signatura enim cum exprimere debeat illud, quod applicanti medicamentum scitu est necessarium §. 27, titulum quoque medicamento, ex forma et virtute eiusdem compositum, si applicanti scitu est necessarius, vti frequentius id contingit, designare debet.

§. 123.

§. 123.

Sat copiosa dantur de titulo medicamenti, Exemplum de titulo affertur.
ex forma et virtute eius composito, exempla, ita, vt multa cuius facile in mentem ventura esse credam. Sic v. g. haec nomina: Purgierpulver, Brechpulver, Laxiertrancf, sunt tituli medicamentorum ex forma eorundem et virtute compositi.

§. 124.

In designando medicamenti titulo evitanda inprimis est circularia ostentatio, nimisque prolixitas, nec sesquipedalia et hyperbolica adhibenda sunt epitheta, ad medicamentum summis laudibus extollendum. Risum haec mouent intelligentibus, ludibrioque exponunt Medicum, quamuis plebem capiant. Tituli: Herßerwahrendes Pulver, unvergleichliche Goldtinctur, Solar- und Vitalpulver, resolvirende und zertheilende, schmerzlindernde und lustmachende antispasmodische Mixture, exemplo inferuire possunt, reliquos vt taceam titulos magis ridiculos.

§. 125

In modo applicandi medicamentum inprimis determinari debet, si opus est, 1) dosis eius, 2) tempus, quo est applicandum, 3) pars, cui est applicandum, 4) vehiculum, 5) regimen, 6) instrumentum, quo est applicandum §. 113. Iam signatura, cum doceat modum applicandi medicamentum §. 28, determinare debet ea, quae in modo applicandi, Signatura determinat ea, quae in modo applicandi medicamentum sunt determinanda.

di medicamentum sunt determinanda, hinc etiam ea, quae imprimis determinari debent, si opus est, et iam recensita sunt.

§. 126.

Scho-
lion.

Consulto dixi, quod, si opus sit, in modo applicandi medicamentum, determinari debeat dosi etc. §. 125. quoniam ea, quae in quovis casu singulari, respectu modi applicandi medicamentum, sunt determinanda, in genere determinari nequeunt. Patet praeterea ex §. 125. collato cum §. 113, signaturam cum subscriptione in formula relatiua convenire, et ab ea in eo tantum differre, quod lingua exprimi soleat vernacula §. 120.

§. 127.

De dosi
in signa-
tura.

Si dosi in signatura est exprimenda, haec per eiusmodi debet designari quantitates, quae aegro vel adstantibus cognitae, nec determinatu difficiles sunt, ut per cochlearia, cyathos, digitabulum, nucis magnitudinem, guttas; etc. Sic v. g. scribi solet:

Pulver, davon auf einmal eine Messerspiße voll zu nehmen.

Mixtur, davon auf einmal ein Löffel voll zu nehmen.

Si vero exactissima requiratur dosi, hoc pharmacopoei potius industriae est committendum, ut hic remedium in suas doses iam distributum exhibeat.

§. 128.

§. 128.

Vehiculum in signatura aequae ac dosiger- De vehi-
manico solet exprimi idiomate, e. g. culo in
signatu-
ra.

Pulver, mit Wasser zu nehmen.

Magentropfen, so gleich nach Tische im
Wein einzunehmen.

§. 129

Regimen et tempus, quo medicamentum De regi-
est adhibendum, si determinanda sunt, ita mine et
designari solent, v. g. tempore
in signa-
tura.

Brechpulver, darauf warm Bier, oder Ha-
bergrüße zu trincken.

Pulver, dabey der Schweiß abzuwarten.

Fieberpulver, eine Stunde vor dem Paro-
rysmo zu nehmen.

Purgierpulver, frühe zu nehmen.

